

- 188 Filius licet quoad libertatem ventrem sequatur, hoc est matrem, tamen quoad honores patrem sequitur.
- 189 Filius natus ex damnato coitu, licet legitime, non confectur nobilitatem patris.
- 190 Filius spiritus illustrium personarum, Ducum, Comitum & Marchionum, an gaudeant nobilitate parentum.
- 191 Filius naturales legitimitur per subsequens matrimonium.
- 192 Legitimus per subsequens matrimonium post natiuitatem filii legitimi & naturalis, natus tamen maior, an praefratur d. filio legitimo in successione maioratus: vel e conuerso.
- 193 Legitimitas non retrahitur in prauidicium aliorum quibus est iam ius quaesitum.
- 194 Legitimitas filii post mortem patris, an auferat hereditatem venientibus ab intestato, quibus est iam ius quaesitum in ea.
- 195 Legitimitas simplex facta post mortem patris, non facta mentione eorum, quibus hereditas erat quaesita, non nocet eis, siue fuerit adita hereditas, siue non.
- 196 Text. in c. si prote, de rescriptis in 6. inducitur pro bona & eleganti opinione & quaestione.
- 197 L. quoties, C. de rei vend. bonus intellectus.
- 198 Nepos ex filio naturali, an legitimus, & suus efficiatur, qui post mortem d. filii sui naturalis contraxit matrimonium cum concubina, ex qua habuerat d. filium naturalem, & n. se 97.
- 199 Inhabilitas medijs, per quod fit transitus de vna persona ad aliam, impedit iuris effectum & acquisitionem.
- 201 Medium inhabile impedit extranea coniungi.
- 211 Argumentum de adoptione ad legitimationem bene valet.
- 212 Legitimitas est immediata causa & necessaria consequentia successione.

Textus in §. Sui, Institut. de Hered. qualit. & different.

**P**rimo pro intelligentia huius difficultis materiae praemittitur, quod licet sint qui existunt, hoc nomen *Suitatis*, non esse latinum neque iudicium, Alciat. tamen lib. 5. p. 19. inquit, se pluries eo vsum fuisse, & licitum esse nobis eo vti, inquit dominus meus Ant. de Meneses in initio sui operis priorum commentariorum, in epistola ad lectorem.

Secundo praemittitur, plures in iure assignari definitiones *Suitatis*, quare cum omnis definitio periculosa sit in iure, parum enim est, quod subuerti non possit, ut in l. omnis definitio ff. de reg. iur. non multum super hoc insistam, sed vna tantum late examinauo, suisque (quod aiunt) coloribus depingam, ceteras vero remisi siue.

Prima igitur est definitio Ang. de Periglis, quem omnes referunt in l. in suis, i. quaest. n. 24. ff. de lib. & posth. & eiusdem in tract. *Suitatis*, i. 9. scilicet quod *Suitas* est ius quoddam intellectuale, & directum propter patriam potestatem, & quaedam domesticitatem dominij bonorum ascendentium in descendentes proximos, post mortem continuationem immediate inducens.

Quod sit ius, probatur in l. posthumorum ff. de in iusto rupt. & c. ibi, Is solus iura sui heredis habet, & in §. posthumorum, Institut. de exheredat. liber in eisdem verbis: Dicitur quod est intellectuale, quia est inuisibile, & non potest corporaliter apprehendi, l. in princ. ff. de acquir. possess. text. in princ. Institut. de rebus corporalibus & incorporalibus. Dicitur directum, quia non est vile, non flexibile siue obliquum, [hoc est] non mediate, sed immediate consistens in primo loco, text. est in d. l. posthumorum, & in d. §. posthumorum, in verbis iam supra relatis, l. i. §. sciendum, ff. de suis & legitim. hered. l. scripto, ff. vnd. lib. text. in present. in hoc §. sui, text. in §. ita demum, Institut. de

hered. qua ab intest. deferunt. Dicitur, propter patriam potestatem, quia ad suam patriam potestatem requiritur, text. in hoc §. sui, & in §. i. de hered. & c. melior text. in l. lege Cornel. in ff. de testam. vbi haec verba habentur: Quamuis suus heres dici non possit, qui in potestate mortuus non fuit. Dicitur & quaedam domesticitatem, hoc est, propter quandam identitatem, quia domesticitatem appellatur, text. hic, hoc est, eiusdem domus. Cetera verba definitionis, quod *Suitas* inducat continuationem dominij, & reliqua, probat l. in suis, ff. de lib. & posth. & text. hic, & in §. sui, de hered. infra, super quo infra latius dicemus in hac eadem repetitione.

Sed haec definitio quamvis ita probata sit, ingentes patitur difficultates, & nonnullas refert Mench. de success. creat. §. 19. n. 2. qui propter eas ab hac definitione recedit, sed illae difficultates, quas ipse refert, non tanti sunt, vt meruerit eas praedicta definitio reprobari, vnde fortioribus medijs eam impugnat Corn. in l. 3. n. 14. C. de iur. delib.

Et primo, dum in definitione probatur suam patriam potestatem, vt de hoc est text. expressus in d. l. leg. Cornel. & text. hic oppono. Nam posthumus, antequam nascatur, non est in patria potestate, vt aperte constat, & praeterea est text. clarus in l. final. ff. de agnos. lib. & tamen habet suam patriam potestatem, quem allegat Corn. in l. scripto, ff. vnd. lib. qui quidem text. minime hoc probat, & non bene a Corneo ad hoc allegatur, sed est text. qui hoc probat in l. si quis filio exheredato, in princ. ff. de in iusto rupt. & c. & vltra Corn. est text. expressus in §. ita demum, vers. posthumus quoque, qui si viuo parente natus esset, in eadem potestate futuri forent, sui heredes sunt, infra de hereditat. qua ab intest. deferunt: quem text. dicit meliorem Decius in l. qui se patris, num. 2. C. vnd. lib. & inquit las per illum text. in l. sub conditione, n. 2. ff. de lib. & posth. quod ad hoc, vt quis sit suus, non requiritur patria potestas, & idem las. in l. Gallus, §. si eius, n. 8. ff. de lib. & posth.

Secunda principalis difficultas est, quia licet clericus per constitutionem sacrorum ordinum non existimatur a patria potestate, vt tradit Couar. in cap. quia nos, n. 5. de testam. & est text. expressus in l. Sacrosanctae, 32. C. de Episcopis & clericis, per quem text. haec est communis opinio, vt contra nonnullas gl. testatur Didac. Perez in l. i. tit. 3. lib. 1. ordin. col. 112. vers. si. Vbi tamen concludit, esse etiam communem opinionem, quod possint testari, licet regulariter esset contrarium dispositum in filiofamilias, vt in l. qui in potestate, ff. de testam. in princ. Institut. quibus non est permitt. facere testamentum.

Hodie tamen correctum est, nam quilibet filius familias potest facere testamentum per l. quintam Taur. vbi Ant. Gom. nu. 1. late agit de intellectu illorum iurium, hodie d. l. 5. ponitur in l. 4. tit. 4. lib. 5. nou. recop. Reg. Verum superiora omnia sunt accipienda, non exire clericum a patria potestate, non vero quoad spiritualia: Nam ipsorum respectu non retinet patriam potestatem: haec est communis opinio & intellectus secund. las. col. si. & Ioan. Orosc. n. 11. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris. Licet tamen omnia supra dicta ita sint in clerico:

Episcopalis tamen dignitas bene liberat filium familias a patria potestate, text. in authent. sed Episcopalis dignitas, C. de Episc. & clericis, & in summa, vers. la teoera, ut. 18. part. 4. & tenet Bart. in d. l. patre furioso, ad fin. vbi las. n. 48. dicit communem.

Et tamen t. Episcopus filius non amittit suam patriam potestatem, text. est in authent. constituit. qua de dign. §. illud, per tot. text. collat. 6. per quem text. hanc testatur esse communem opin. Ant. Gom. i. tom. c. 9. de trans. hered. nu. 11. Ergo non requiritur ad suam patriam potestatem.

Vnde

- 12 Vnde & illud est, quod si Episcopus filiusfam. preteratur in testamento a patre, habebit ius dicendi nullum ex praedicta suitate, quam habet, licet non sit in potestate patris: ita tenet eleganter Paul. de Cast. in rep. l. si filius, qui in potestate, n. 16. de lib. & posth.
- 13 Ad primam difficultatem de posthumo, primo respondet Dec. in l. qui se patris, i. colum. nu. 3. C. vnd. lib. & in l. posthumo nato, nu. 3. C. de contra. tab. & in l. posthumo praterito, C. de coll. quod posthumus fauore ipsius, dum est in ventre, fingitur habere suam patriam potestatem, etiam si vere non sit in potestate patris: nam posthumus in sibi fauorabilibus habetur pro nato, l. qui in ventre, i. & ff. de stat. homin. Sed hic intellectus falsus prorsus videtur.
- 14 Quia quod posthumus in fauorabilibus habetur pro nato, procedit in fictione, vt ex illis iuribus manifeste patet, & praeterea ex eis colligit Bartolus in repetit. l. si is qui pro emptore, n. 27. ff. de iur. iur. cuius opinionem dicit magis communem Ioan. Orosc. in d. l. qui in ventre, la. 2. statim in princ. licet ipse aliter sentiat, & tamen text. in d. l. §. posthumus quoque, inquit, sui heredes sunt. Et t. verbum, Sum. es sui, denotat veritatem, in l. si maritus, §. legis Iulia, & ibi Bartol. ff. de adult. & in l. mercis appellatione, vbi etiam Bart. ff. de verb. significatione, licet huic responsioni satisfaciat Decius in d. l. posthumo nato, dicens, quod suitas est iuris, vt patet. Et t. in his, quae sunt iuris, lex potest fingendo disponere, vt tenet late Bart. in d. l. si is qui pro emptore, in 3. q. princ. & vltra ordinarios ibi Tiraquel. in l. si vnquam, verb. suscepit liberos, numer. 93. C. de reuocand. donat. Sed haec satisfactio non ex toto placet, quia licet lex possit disponere id tamen est fingendo: nam quod in veritate non est, vt fit, lex disponere non potest, nisi vt praedixi per fictionem.
- 17 Secundus intellectus ad hanc primam difficultatem est Fortunij Garfiae in l. Gallus, §. & quid sit tantum, n. 45. & sequent. ff. de lib. & posth. quod posthumus, dum incipit nasci, reuo fingitur fuisse in patris potestate, & habere suam patriam potestatem. Sed hic intellectus eodem morbo laborat, quo intellectus praecedens Decij, & maior, dum existimat, posthumum esse fingendum fuisse in patris potestate, & sic sunt duae fictiones, quas minime patitur text. in d. §. ita demum, ibi, Sui heredes sunt, quia, vt supra dictum est, verbum, Sum. es sui, denotat veritatem, & non fictionem.
- 18 Pro vera t. igitur resolutione dicendum est quod posthumus, dum est in ventre, cum non sit in patria potestate, vt in d. l. legibus final. non habet suam patriam potestatem, in l. posthumo, C. de collat. vbi expresse dicit text. Posthumus, qui sui futuri essent, si viuo patre nati fuissent: quem text. ad hoc optimum, & se necesse meliorem illo, dicit las. in l. si a primo, nu. 17. de lib. & posth. qui hanc opinionem tenet: ad idem est bonus textus in l. 1. §. totus ff. de vent. in possess. mit. ibi: Et id, quod in vtero erit, inter suos heredes futurum erit: Ergo non est suus: & hanc opinionem per illum textum testatur communem, plura iura & doctores allegans Arias Pinel. in Rubrica, C. de bon. mar. 2. part. num. 17. sequitur etiam late Anton. Gom. i. tom. c. 11. de succes. contra testamentum, nu. 3. in 4. effect. sed vltra eos est text. optimus pro hac opinione in §. cum autem ad fin. Institut. de iur. vel.
- 19 Vnde non obstat text. in d. §. posthumus, ibi Sui heredes sunt: nam intelligitur, scilicet nati (hoc est) quod posthumus: qui si viuo parente nasceretur, in potestate eius futuri forent, nunc nati sunt sui, quasi dicat, quod adhuc, vt posthumus nati sint sui, requiritur, quod tempore mortis patris, nullus alius eos praecedat: nam in suitate hoc est praecipuum, vt primum locum obtineat, vt supra dictum est. Neque obstat, quod tunc, mortuo patre, non potest dari patriam potestatem: quia sufficit, in habitu esse potuisse in patris potestate, si nasceretur viuo

patre: nam quod in natis patre viuento, requiritur in actu (hoc est cum effectu, id in potestate nascituris sufficit potentialiter, vt ita dicam, cum aliter esse non possit, & non debeate esse deterioris conditionis, quia omnes sunt filij & cognati de iure: & hoc est, quod text. ille requirit, recalam patriam potestatis, si viuo patre nati essent: & ita intellectus text. ille potius concordat cum nostra definitione, quam discordat, imo est text. pro ea, qui reuocans patriam potestatem, saltem in potentia ad suam patriam potestatem, licet non ita declaratum, posuit primus omnium Curt. Iun. in d. l. posthumo nato, numer. 24. & sequuntur Anto. Gom. & Arias Pinel. vbi supra, quorum neuter alterum refert, praeter Curtium, dicens vnusquisque, quod antequam vidisset Curtium, ita soluerunt, & verissime hanc difficultatem. Sequitur etiam idem Anton. Gom. in l. 13. Taur. num. 3. & in 1. tom. cap. 1. num. 6. & capit. 9. numer. 14. & Menchac. neminem referens, de success. creat. §. 19. n. 66. Et quod hic intellectus sit verus, probatur duplici ratione.

Primo, quia text. in d. §. posthumus, Primo agit de posthumo nato, ibi, Qui si viuo patre nati essent, & c. & sic est posita conditio, si nati essent: Ergo, id referri debet ad secundum casum text. mortui patris: si enim viuo requiritur potentia natiuitatis, vt filius suus dicatur; multo magis in secundo casu requiritur ipsa natiuitas, cum iam parens deest, & sic textus ille semper agit in posthumo nato: & haec est profecto subtilis & vltima ponderatio Pinelli vbi supra. Secundo probant Ant. Gomez & Pinel. vbi supra, quia in dubio appellatione posthumi, intelligitur de illo, qui proprie posthumus est, hoc est de illo, qui post humationem patris nascitur: de quo est glos. in l. Gallus, in princ. verb. posthumus ff. de lib. & posth. quam esse communem resolunt supra dicti, & est text. expressus pro illa glos. in l. 3. vers. posthumus ff. de in iusto rupt. ibi, Posthumus autem dicitur eos dumaxat, qui post mortem patris nascuntur: & ibi notat etiam glos. & communiter Dd. glos. etiam in d. §. ita demum, dicit, vers. posthumus quoque verbo, sui, ex qua colligi potest, quod cum ipsa in proposito illius text. intellexerit, posthumum dici tantum eum, qui natus est, sensisse prius intellectum supra assignatum ad illum text. & haec est vbiq. communis opinio, licet aliqui contrarium teneant, inter quos est Alc. in d. l. Gallus, in princ. & lib. 8. Paver. iur. c. 13. cuius fundamentis latissime respondet Forcatulus in sua negotiantia iuris, dialogo 8. num. 2. cum segg. sed communis opinio approbatur in l. 20. tit. 1. part. 6. & sic remanet resoluta haec prima difficultas.

Ex quo cauendus est las. in d. l. si a primo, nu. 10. qui cum praedict. verissimum intellectum ignorauerit, dixit oportere aliquam violentiam fieri ad d. §. posthumus, ne obstat superioribus, imo magis idem las. vbi supra, existimans, propter illum text. ad suam patriam potestatem non requiri patriam potestatem.

Secunda difficultas supra posita de Episcopo, non etiam obstat. Nam ipse Episcopus habuit potestatem a principio, quae sufficit, licet nunc non habeat: arg. text. in l. patre furioso, ff. de his qui sunt sui, & c. vbi probatur, & facilius quid a principio impeditur, quam ex postfacto tollitur: Nam casus illius text. est, quod furiosus licet non possit contrahere matrimonium, contractum tamen tempore sanae mentis, bene retinet.

Ergo ita in proposito, quod suitas licet non possit produci sine patria potestate, producta tamen semel cum patria potestate, bene valet & tenet, etiam postea deficiente patria potestate.

Quod vltra omnes ipse confirmo hoc simili. Nam videmus, quod dos non potest esse sine matrimonio; neq. dicitur dos, quae est sine illo, §. in fin. ff. de iur. dot.